

Besondere Prüfung 2001
Latein
Prüfungstag: 07. September 2001

M. Fonteius

(In seiner Verteidigungsrede für M. Fonteius kommt Cicero auf die Provinz Gallien zu sprechen.)

Provinciae Galliae M. Fonteius praefuit, quae constat, ut vetera praetermittam, ex his generibus hominum et civitatum:

alii nostra memoria bella cum populo Romano acerba ac diuturna gesserunt, alii ab nostris imperatoribus subacti et bello domiti, deinde ab senatu agris¹⁾ urbibusque¹⁾ multati sunt; nonnulli cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt multoque eius labore sub populi Romani imperium dicionemque ceciderunt.

Est in eadem provincia Narbo²⁾ Martius²⁾, colonia nostrorum civium, specula³⁾ populi Romani ac propugnaculum⁴⁾ istis ipsis nationibus oppositum et obiectum; est item urbs Massilia⁵⁾, de qua ante dixi, fortissimorum fidelissimorumque sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula praecipuis populi Romani praemiis compensaverunt⁶⁾; est praeterea maximus numerus civium Romanorum atque equitum, hominum honestissimorum.

Huic provinciae, quae ex hac generum varietate constaret, M. Fonteius, ut dixi, praefuit; qui erant hostes, subegit; qui proxime⁷⁾ fuerant, eos ex eis agris, quibus⁸⁾ erant multati, decedere coegit; ceteris, qui idcirco magnis saepe erant bellis superati, ut semper populo Romano parerent, magnos equitatus (imperavit) ad ea bella, quae tum in toto orbe terrarum a populo Romano gerebantur, magnas pecunias ad eorum stipendium (imperavit), maximum frumenti numerum ad Hispaniense⁹⁾ bellum tolerandum imperavit.

1) Ergänze: „mit der Auslieferung von ...“

2) Narbo Martius die Stadt Narbonne

3) specula,-ae die Beobachtungsstelle, Warte (auf einer Mauer)

4) propugnaculum, -i Schutzwehr, Bollwerk

5) Massilia,-ae die Stadt Marseille

6) compensare aufwiegen, ersetzen, wiedergutmachen

7) proxime esse hostibus (Dat.) ganz nahe bei den ... sein; beinahe ... sein

8) quibus hier: „mit deren Verlust“

9) Hispaniensis,-e spanisch, in Spanien

ca.178 Wö